bolgoth sup̄ li. Sap. c. xj. q̄ arpia auis est  
habēs faciē q̄i hois. et est auis m̄l̄tū crude  
lis et feroc. infantū q̄ aliqui s̄a me stimulara  
hoiez inuadit et occidit. Sitiēs ad aquam  
volat ut bibat. vbi faciē suā intuet. et silez  
occidisse recoles tāto dolore cōpatif q̄ ex  
inde quēz morit. Sic nos recoletes in p̄/  
dicatōe q̄i in speculo vel in aqua pura con  
spiciētes qz x̄pm̄ q̄ntū i nob̄ est crucifixim̄  
et occidim̄ p̄ pctm̄. Iuxta illud Debreo. vi.  
Rursum crucifigētes filiū dei i vob̄is met  
ipsis. dēm̄ cōpati et p̄nias agere. Sed in  
citāmētū p̄nie est dolor p̄ grā quā amisim̄  
Efficiamur em̄ p̄ culpā de filiis dei filij dila  
boli. et de familiaribz et amicis x̄pi hostes p̄/  
ditores et emuli. et de regni celest̄ hereditibz  
sum̄ exules et p̄cepti. Dicit in li. de naturis  
rez q̄ est quedā auis q̄ vocat auis paradī  
si. q̄ p̄pter insignē pulcritudinē sic vocatur.  
Sūt em̄ pulcre et amabiles adeo q̄ nullus  
color ei deesse credat. vox est ita dulcis et  
pia q̄ possit in hoie deuotōez et gaudiū ex  
citare. Hec auis si capta fuerit et illaquea  
ta irremediabiliter plāgit. nec vnq̄z plāge  
re desinit donec reddita fuerit libertati.  
Doraliter. Auis ista significat aīaz h̄ia/  
nā. q̄ q̄n est in grā tūc est pulcherrima. q̄a in  
ea relucet ymago sancte trinitatē naturalī  
ter sibi imp̄ssa. naturaliter decorata s̄ruti  
bus et grā. et nihil sibi desit q̄n sit dei filia.  
et patrie celestis incola gratoza. Sed ista  
auis illaqueat laqueo pctōz. q̄d h̄ restat si  
bi nisi dolere et flere vsq̄ ad grāz r̄ducas.  
et de bufone dyaboli sit iterū auis padisi.  
Sic ingemebat David post pctm̄. de q̄ in  
ps. Et gemit me a te nō est absconditus  
Sic Magdalena et alij m̄l̄tī donec i grāz  
sunt restituti. Tertiu incitāmētū p̄nie est  
horror pene quā incurrim̄. Istū horrozē  
impreserat sibi Job q̄n dicit. Dimitte me  
dñe ut plangā paululū dolorē meū etc. Et  
sequit. S̄z sempiternus horroz inhabitat. Et  
ap̄lus ad Debreo. r. Dorredū est incidere



In man<sup>o</sup> dei vine<sup>o</sup>. Et de horreduz. Na vt  
 dicit Greg<sup>o</sup>. ix. li. Moral. Horredo modo  
 fit inq<sup>o</sup> mors sine morte. finis sine fine. de  
 fec<sup>o</sup> sine defectu. qz et mors semp viuit z fi  
 nis sp incipit. z officere defect<sup>o</sup> nescit. mors  
 perimit z no extinguit. dolor cruciat sed pa  
 uore no fugat. flama coburit sz tenebras n<sup>o</sup>  
 excutit. Dec Bre. Taliter fuerit incitati il  
 li ad pniaz qb dixit Iohes bap. Progeni  
 es vi peraz q<sup>o</sup> demonstrabit vob fugere a  
 v<sup>o</sup>ura ira. Facite g fructu dignum pnie.  
 Math. iij. Vbi dicit. Ira qz tales fuerut  
 incitati ad agedu pniaz metu pene eterne  
 eis cominate. Quartu incitamentu pnie est  
 timor mortis ad qua trāscurrim<sup>o</sup>. Dec em e  
 no fm Bre. xij. Moral. quare die mortis  
 nre nob incertu esse voluit. vt du sp ignora  
 rur sp prima esse credat. Et to vt sp parati  
 inueniamur vult g dn<sup>o</sup> vt ante morte aga  
 mus pniaz. Na in fine vite pnia sera raro  
 vera. vt dicit Aug<sup>o</sup>. ser. xxx. Et ponit d pe.  
 dist. iij. Age. Un si vis agere pniaz in mor  
 te qn pcta te dimiserut z qn peccare no po  
 tes. no tu dimisisti pcta. sz pcta te. et g pnia  
 periculosa z dubia. Cur<sup>o</sup> ro est. qa tunc ho  
 bz infinita impedimeta. Primo em si sen  
 rit se granari ad morte z ponit executores  
 testameti sui. cu illis bz maximā occupati  
 onē. Na iste querit qd dandū sit amicis. qd  
 famulis. qd restituendū male ablati. qd  
 faciendū p sepultura. qd p ecclā. Sit etiam  
 ibi scio impedimētū a medicis qui celant  
 die z hora mortis pmittētes virā lōgiorez  
 z sanitatis restitutionē. Ita qz qnqz morit<sup>o</sup>  
 paup ho insperate z inopinate. etiā sine p  
 curatōe sacramētoz. q stulti medici probi  
 bēt ne terreat infirm<sup>o</sup>. cu n medicina aie  
 dz pcedere medicinā corpale. Tertio fit i  
 pedimētū p vxore amicos z filios psolan  
 tes infirmū etiā p psciam mēientes. et sic  
 miser nō pmittit de pctis suis cogitare. z si  
 interdū talis dolet de pctis. n exq impe  
 dit dolore infirmitatis z timore mortis du  
 biū fit an sit dolor p culpa vel p infirmita  
 te. cum p tunc cor sit occupatum dolore et  
 anxietate infirmitatis corpalis. Propter  
 hoc dicit Augustin<sup>o</sup>. Q talis que moribus  
 vrgit z pctā tenet. ad veraz vit veniet satis  
 factione. Nec mirz. qno ei tūc pt ho debite  
 psteri cum circūstātis pctōz ad plenum  
 cū tunc nō possit deliberare z pctā mēorie  
 reducere. cū tū deliberatio necessaria e an

professionē. Iuxta illō. Recogitabo tibi oēs  
 annos meos. Na. xxxviii. Et ps. Dicit cor  
 firebor aduersū me. Blosa Inno. i. pnus  
 deliberavi apud me. h scz. quod p firebor.  
 Quo g deliberabit sufficēter in vna hora  
 infirm<sup>o</sup> cui vit sufficēter deliberare vna se  
 pmana. Ideo qlbz disponat se an mor  
 tem. z expedit pniaz suam vt secur<sup>o</sup> expe  
 ter morte. Narrat Vincenc<sup>o</sup> in speculo nar  
 turali de qdaz pisce marino q dz centipos.  
 a multitudine pedū. Ite piscis dū bamū  
 piscatoz sentit suis visceribus inherere rē  
 more mortis imminētis viscera quadam  
 sua industria naturali effudit z bamū cito  
 mit. z itez viscera sua resumat. z sic morte  
 euadit. Sic nos scitētes visceribus mortem  
 imminere de die in diē nō expectem<sup>o</sup> hora  
 mortis. sz ciciam bamū mortis. i. pām de  
 visceribus nris p professionē. De bamo illo dī  
 citur Eccl<sup>o</sup>. iij. Sic capiti piscis bamo. et  
 aues laqueo. sic comprehendunt homines in  
 tpe malo. Eiciam<sup>o</sup> g istū bamū p os. Iux  
 ta illud ps. Effundite corā illo corda via.  
 cor lorum z albus p penitentiā resumam<sup>o</sup>.  
 Et tū de primo.

**Dixi secundo** <sup>q si plderz</sup>  
 mus pnie  
 pedimeta absqz dubio sufficēter moueri po  
 terim<sup>o</sup> vt eā qnto cit<sup>o</sup> faciam<sup>o</sup> z pagamus.  
 Sit aut quatuor impedimeta pnie. scilz  
 pudor. palandi. timor. recidimandi. ardoz  
 delectandi. torpor. prestolandi. Primo igi  
 tur volēti penitere obicit se pudor. palandi  
 quo homo p fundit alteri reuelare illud qd  
 solū notū est deo et angelo ac demonibus  
 Iste pudor pnis est armiger que dyabol  
 lus mittit p volentem salubriter penitere  
 Un quidā scūs vidit dyabolū inter peni  
 tētes incedere z faciētes eos erubescere in  
 ecclā dū se ad pssionē prepararēt. q adiu  
 rarus a scō. z interrogar<sup>o</sup> qd inter peniten  
 tes faceret. Rōdit. Reddo qd abstuli. Ver  
 recū diā eis abstuli qn peccauerūt. z modo  
 eam restituo ne possint psteri. Sicur em  
 lupus ouem p guttur accipit et nō p pedē.  
 et vulpis gallinā. ita dyabolus hominem  
 semp p verecūdiam strāgular. Unde Au  
 gustinus super psalmistam. O homo qd  
 times confiteri. Illud quod per confessio  
 nem scio. minus scio q illud quod nescio.  
 Cur confiteri erubescis peccata tua a pctā

## ¶ Unica tertia post trinitatis

tori homini re. **S**ecundum impedimentum est timor satisfaciendi et recidendi. **T**imet enim homo onus penitentie assumere ne succubatur sub eo. **F**ingit enim se debile vel infirmum ad satisfaciendum pro peccatis. **N**arrat Ambrosius in Exameron de opibus sexte diei. **Q**uod Elephas est tante fortitudinis quod sufficit currum ligneum cum multis armatis portare. tante audacia quod nullo clipeorum retardat obiectu. nec aliqua militum constipatione terretur. mirabiliter tamen timet murum. **S**ic est de multis. quod ad opera mundi pro lucro vel negotio seculi inueiunt fortissimi. ieiunant. vigilant. transunt maria. fatigantur infatigabiles. sed ad faciendam viam modicam penitentie pro peccatis suis timent. **P**salmista. **T**repidauerunt timore vbi non erat timor. **A**lij vero timentes recidendum peccati eiusdem nolunt penitere. **D**icit enim dyabolus in corde iporum. **A**d quid vis penitentiam agere cum non possis continere perpetuo a tali peccato. sed forte cras iterum peccabis simile. melius ergo dimittas adhuc ne inutiliter agas penitentiam. **S**ed hee fatuus est iste sic cogitans. quia scriptum est **S**epties in die cadet iustus. et totiens resurgit. et dominus dedit Petro potestatem et suis successoribus. non solum septies in die sed septuagies septies. **M**atthei. **xviii.** **T**ertium impedimentum est ardor delectandi qui dicitur homini. **R**ecollige delectationem prohibitam in tali facto. et videbis quod sine ea non poteris ducere vitam tuam. nec digne penitere stante tali affectione. et ideo expectes donec in te cessabit talis affectio et delectatio. **S**ed iste miser fatuus est. cum non per additionem lignorum sed per subtractionem ignis sit extinguendus. ita et delectationes tales non per morosam in eis stationem sed per asperam penitentiam et subtractionem occasionum inducentium ad eas sunt extinguende. **I**uxta illud **A**lani. **S**ubtrahere ligna focoli vis extinguere flammam. **S**ic carnis vitia. ocia vina dapes. **Q**uartum impedimentum penitentie est torpor prestolandi qui oritur ex duplici presumptione. scilicet ex presumptione prolixae vite et venie finalis diuinitus concedende. **I**sti enim fingunt sibi annos multos vite eorum. sicut ille diues qui dixit anime sue. **A**nima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. **S**ed audiuit. **S**tolte hac nocte mo-

rieris. **D**icit etiam tales. **D**eus est pius et multum misericors. quacumque hora ingemuerit omnium iniquitatum mearum non recordabitur. **E**zech. **xviii.** **S**ed nescit miser quod etiam est iustus qui et si veniam promiserit. diem tamen crastinum non promittit. **E**t ita paratus est quotidie punire peccata. **P**ropter quod **E**ccl. **h**nto dicit. **R**etardes conuerti ad dominum. et ne differas de die in diem. subito enim veniet ira illius. et in tempore vindicte disperdet te. **S**ed vnde puenit ista dilatio seu procrastinatio in homine. **R**espondeo quod et h. quia peccator habet oculum conuersum tamen ad leuam et prospera. cum tamen potius debet habere ad tristitia. **U**nde dicit **S**ophonie. **ij.** **Q**uod dominus non ingreditur in domum vbi est habitatio onocrotali et hericij. et vbi est vox cantantis in fenestra et coruus in superliminari. **P**er que designatur status peccatoris qui sicut onocrotalus crocitat. et sicut coruus procrastinat. et sicut erinacius inter poma voluit. **S**ed isti decipiuntur per vocem coruinam. longam vitam promittentem. quia et dominus licet promiserit peccatoribus tempore **N**oe centum viginti annos ad agendum penitentiam. tamen illud tempus abbreviauit et diluuium omnes consumpsit. **U**nde dicit. **N**on permanebit spiritus meus in homine centum viginti annos. scilicet quos promisi eis pro agenda penitentia sed cito eos delebo. **D**icit etiam **E**ccl. **ix.** **P**romissio nequissima multos decipit et perdit. **N**otanter dicit. nequissima. **N**am promissio nequam est. quod usurpat sibi de futuro tempore diffinitionem quam dominus solum sibi reseruauit. **V**t dicit **A**ctu primo. **N**on est vestrum nosse tempora etc. **S**ed nequior est qui presumit ad hoc quod deus sibi dabit adhuc ulterius et diutius tempus ad peccandum. **S**ed nequissimus qui non solum non dolet de hoc quod inutiliter expendit tempus. sed adhuc disponit in animo in contumeliam sui creatoris expendere residuitatem temporis.

**D**ixi tertio **¶** **Q**uod si consideremus penitentiam emolumentum. **¶** **T**er. **¶** **U**tilitates absque dubio sufficerent moueri poterimus ut ea quanto citius faciamus. **¶** **U**bi notandum quod per penitentiam nobis reconciliamus. **¶** **A**nimas reformamus. **¶** **D**emonas consumamus. **¶** **E**t angelos letificamus. **¶** **P**rius per penitentiam nobis reconciliamus. **¶** **D**icit. **xviii.** **S**i penitentiam

egerit gens ista a malo suo quod locutus  
 sum aduersus eam agā et ego penitentiaz  
 sup malo qd cogitauit vt facerē ei. Ecce mi-  
 rabilis modus recōciliatōnis tanti domi-  
 ni qui vult quasi ad partā indicari cuz ho-  
 mine seruo suo. Unde ad modū hominis  
 loquitur de seipso. si homo vult penitere et  
 ipse vult penitere. hoc ē ad modū penitētis  
 se habere. Sic et nobiles tpales pulchru  
 vindicte genus putauerunt ignoscere et  
 notis et penitētibz cōcedere veniā p̄ reatū  
 Sicut dicit Petr⁹ de vineis in qdā epla.  
 Secūdo p penitentiā nos reformamus.  
 Sic em̄ docet Boecius de sola. phie. hō  
 fin varia vicia qbz indulget. i. nafaz bestia-  
 ru trāformatur. sicut inq̄t in lingua cō-  
 paraf cani. Insidiator callidus vulpi. Ac-  
 cidiosus asino. et sic de alijs. Rō h̄ est. quia  
 hō est sicut cera mollis. Cera em̄ calefacta  
 et mollificata recipit effigie illius rei cui ap-  
 plicat. Vñ si applicet sigillo cui imp̄ssa ē fi-  
 gura leonis induet cera effigie leonis. et si  
 applicet sigillo cui insculpta est forma lupi  
 vel vulpis cera simile induit formaz. Isto  
 mō ania nra induit effigie rez qbz se appli-  
 cat p amorē et in illa se transformat. Unde  
 Dugo de arra aie dicit. Ea est vis amoris  
 vt talē necesse est esse q̄le est illud qd amat.  
 et cui p affectuz p̄iūgit in ipsius similitudi-  
 nem dilectionis societate transformetur.  
 De h̄ patet figura Dan. iij. de Habucho/  
 donosoz. q̄ ppter culpaz suā ab hominibz ē  
 eiecit et fenū vt bos comedit. sed postea re-  
 cupauit penitēs qd amisit. Tertū emoli-  
 mentū pnie est q̄ p eam demones p̄fura.  
 vehemēter em̄ p̄fundunt q̄n eoz p̄dimus  
 p̄siliū. q̄n eoz euadim⁹ carcerē. et a suis p̄n-  
 cipibz grauius affligunt. sicut custos carce-  
 ris p euasione latronū punif. Valde ergo  
 agitant inuidia q̄n vidēt nos eis prius si-  
 miles deformatos p p̄ctm̄. itez p sacramē-  
 tū pnie restitutos. qd nullo mō eis cōcedit  
 Vñ de hominibz singulariter dicit Petr⁹  
 ij. pe. iij. Nō tardat dñs p̄missione sed pa-  
 cietē agit ppter nos nolēs aliq̄s p̄re s̄ ad  
 penitentiā reuerti. Penitemini igit et cōuer-  
 timini vt deleāt p̄ctā v̄a. Actū. iij. Quar-  
 to p p̄niaz angelos letificam⁹. Unde dicit h̄  
 Baudiu est angelis dei sup vno peccatore  
 p̄niaz agente. Legit. iij. Reg. vij. q̄ Salo-  
 mon fecit in p̄icatorio tēplū angelos. de  
 qbz ibi q̄tuor legim⁹. Fuerūt em̄ ille yma-

gines de lignis oliuar. scdo habebāt alas  
 extēsas tertio habebāt pedes obliq̄s et ere-  
 ctos quasi ad ambulandū paratos. quar-  
 to pueris vultibz mutuo se respiciebant.  
 Primo fuerūt isti angeli Salomonis de  
 lignis oliuar. antiq̄ fuerūt ferrei ppter  
 cōpassionē et duriciā. qz hoibz nō cōpate-  
 rant. Nūc autē de lignis oliuar qz miseris  
 cordes et p̄ij. Prius habebāt alas demis-  
 sas quasi inuite et cuz difficultate ad hoies  
 veniebant. s̄ modo ad nos cito veniunt. et  
 ideo alas extēsas habent. olim laudabant  
 deū soli. sed modo in laudādo hoibz se al-  
 sociant. Olim naturā nostrā q̄ infirmam  
 despiciēbāt. mō vidētes ipaz in t̄po ecala-  
 tā. in stuporē et admirationē p̄trunt. vñ  
 se mutuo dicunt respicere. q̄ de nature in  
 nouatione sp̄ūaliter admirent. Haudēte  
 ergo angeli de penitentiā hominū. qz p̄ eoz  
 innouat natura destructa. Et nota q̄ dicit  
 Sup vno peccatore p̄niaz agente non dicit  
 penitentiā cogitāte. q̄ est p̄nia p̄cāssā  
 tū. nec dicit. p̄niaz docente. et nō faciente.  
 que p̄nia est p̄ueroz p̄dicatoz. Nec dicit.  
 penitentiā ostendēte. que est p̄nia p̄pocita  
 rū et simulator. Sed dicit p̄niaz agente.  
 que penitentiā est deuotoz. **P**  
 Pro quo lacus sciendū q̄ p̄nia cōuert  
 si peccatoris letificat dominū angelos et  
 ceteras creaturas. Primo quidez letificat  
 deū. Dicit em̄ Isidor⁹ li. ij. de summo bono  
 ca. xv. Amplius letat de⁹ de aia desperata  
 et aliq̄n p̄uersa q̄ de ea q̄ nūq̄ extirp̄ p̄dita  
 Sic de p̄digo filio. de cuius regressu ma-  
 gnū fit gaudiū. Nam copiosius fit gaudiū  
 um de eo q̄ a piculo liberatur q̄ de eo qui  
 nūq̄ nouit piculum. Quanto enim res p̄-  
 dita cōtristat. tanto magis si fuerit inuenta  
 letificat. sicut in euāgelio p̄senti p̄sitor ex-  
 ultat q̄ p̄didit ouem. et inuentā in humeris  
 suis portat. Et Gregori⁹ in om̄l. dicit. p̄  
 de peccatoribus conuersis q̄ de centū illā-  
 tibus iustis in celo gaudiū fit. quia plerūq̄  
 bus sciunt. stant quidez in via iusticie. sed  
 tamen ad celestē patriā antie nō anhelant.  
 Et plerūq̄ pigri remanent ad exercitiū.  
 da bona precipua. quia securi sibi sunt. qz  
 nulla commiserūt mala grauiora. Et con-  
 tra vero. non nūquā h̄i qui se aliqua illu-  
 cita egisse meminerint. et ipso suo dolore  
 compuncti ad amorem dei inardescunt.

## **D**onica tertia post trinitatis

Et quia a deo errasse se considerant damna  
precedentia lucris sequentibus recopen-  
sant. Fit igitur maius gaudium in celo. quia  
et dicit in prelio plus illi militi diligit qui  
post fugam reuersus hostem fortius premit  
quam cum qui nunquam terga prebuit et nunquam  
quid fortiter fecit. Sic agricola amplius  
terram illam diligit que post spinas vberes  
fruges profert quam eam que nunquam spinas  
proculit et nunquam fertilem messem dedit.  
Dec Gregorius. **S**ed diceres. Hoc est  
mirabile quod deus plus diligit penitentem  
quam innocentem. cum tamen ceteris paribus  
innocentes deberent plus diligi propter  
innocentie dignitatem. ad quam non pos-  
sunt penitentes peruenire. Ad quod re-  
spondeo secundum Thomam super tertio Sen-  
tentiarum distinctio. xxxij. Quod penitentes et in-  
nocentes se habent ut excedentia et excelsa.  
Nam siue aliqui sint penitentes siue in-  
nocentes. illi simpliciter sunt meliores et  
magis dilecti qui plus habent de gratia.  
tamen ceteris paribus innocentes plus di-  
liguntur propter dignitatem innocentie.  
ut dicitur est. Dicitur tamen deus plus gau-  
dere de penitente. quia licet equalis sit do-  
natio penitentis et innocentis consideratur  
in se tamen per comparationem ad innocen-  
tem maius est donum in vno quam in alio. Si-  
cut quanto plus homo indiget tanto be-  
neficii sibi collati amplius reputat. De  
ergo dicitur plus gaudere de penitente. quia  
interdum cauciores et humiliores et feru-  
entiores redduntur penitentes post casum.  
Unde Ambrosius in omelia prima libro. i.  
Fidelior factus est Petrus postquam fidem  
se perdidisse desleuit atque ideo maiorem gra-  
tiam reperit quam amisit. Ponuntur verba  
l. distinctio. Fidelior. Et Beda super Hecdrum.  
Quod multis in aliqua flagitia cecidisse pro-  
fuit dum post casum penitendo erecti vigi-  
lantius domino seruire ceperunt. Pinc-  
tiam Gregorius in pastorali capitulo. l. dicit.  
Sepe nonnulli ad dominum post carnis pec-  
cata redeuntes tanto ardentius se in bo-  
nis operibus exhibent quanto damnabi-  
liores se de malis vident. Sepe quidem  
in carnis integritate perdurantes cum mi-  
nus in se respiciunt quod desleant. plene  
sibi innocentiam sufficere putant. atque ad ser-  
uorem spiritus nullis se ardoris stimulis  
inflamant. Et sic plerumque diuino amore

ardens vita plus post culpam. quam securitate  
torpens innocentia. Unde voce redem-  
ptoris dicit. Remittunt sibi peccata multa  
quia quoniam dilexit multum. Dec Gregorius.  
Et his omnibus patet quod homo post lapsum  
frequenter surgit in maiori charitate. Si-  
cut patet de Petro et Maria magdalena.  
Secundo peccator conuersus letificat ange-  
los. Sicut enim demonibus est magnum tor-  
mentum et interminabile supplicium bonitas  
hominis eo quod non latet demones. Unde om-  
nibus modis elaborant sanctorum incremen-  
tum impedire. quia donec eorum vitiumus fi-  
nis eis associetur non includunt. sed habent  
potestatem temptandi electos. Ita conuerso  
angelis est magnum gaudium. quia illis se ami-  
cum facit. ut dicit Anselmus in libro de si-  
militudinibus. capitulo. xxxvj. Gaudet ergo  
angeli omnes. sed specialiter gaudet ange-  
lus ille qui homini penitenti deputatus est  
ad custodiam. Nam secundum magistrum Sententiarum  
libro. ij. distinctio. xij. capitulo. i. Unicuique ho-  
mini assignati sunt duo angeli. scilicet bonus  
et malus. Quod intelligendum est in exitu  
hominis de utero materno secundum Thomam  
in prima parte. questione. ceterima. cxxij. articulo. v.  
Bonus autem datus ad custodiam. malus ad ex-  
ercitium. Licet ergo omnes angeli gaudeant  
de salute hominis. specialiter tamen ille qui est  
deputatus ad custodiam qui horat ad bo-  
num. Et similiter malus letatur inter omnes  
magis de damnatione impellens ad ma-  
lum. Quia igitur bonus videt tam glorio-  
sum fructum sue custodie in homine penitente.  
ideo specialiter gaudet. Sicut medicus  
specialiter gaudet quando videt hominem  
sanitati restitutum per eius curam. Om-  
nes tamen alij angeli gaudent. quia vident ex  
peccatoribus conuersis quoniam adimpleri suum  
numerum. Et etiam quia videtur ad laudandum deum  
tale se habere prosperum. Tertio peccator conuer-  
sus letificat alias creaturas. Sic enim dicit  
Anselmus in libro de similitudinibus. capitulo. xxxvj.  
Bonitas hominis penitentis non solum an-  
gelis sed omnibus creaturis est utilis. Nam  
primo hominibus est utilis quoniam etiam quod ex vi-  
te merito ad eternam beatitudinem peruenit  
numerus electorum incrementum accipit. quoniam  
amplius creuerit. tanto minus eterna re-  
tributio expectanda erit. Nam cum numerus  
sanctorum completus fuerit. retributio iustorum  
more accipienda erit. tunc quidem in corporibus

*Et dicitur Augustinus*

*7<sup>o</sup> l. c. Al. no. dicitur*

quā iam habet in antio. Bonis etiā q̄ cū deo sunt est utilis. qz eoz nūez sua penitētia auget. Et illis q̄ sunt in patria vel q̄ futuri sunt pdest. qz locū in illo cetū bonozū implēt. q̄ nullo modo in sine vacuō p̄ esse. **M**alis etiā utilis est. qz eoz maliciā excludit exēplo sue bonitatis. **S**oli et lune vtilis ceterisqz creaturis. qz in p̄sumatiōe istorū cōmutabunt in melius quicquid est omnium creaturarū. **S**ol em̄ sicut propheta dicit. septupliciter lucebit. sicut lux sex dieruz. et luna sicut sol. **A**lie creature licet sint pulcre mutabunt in melius. cum eas mutabit deus in meliōrē statu. exinde nō cōmutandū. **H**oc est quod dicit apostolus Romanoz. viij. **S**cimus quia om̄is creatura ingemiscit et parturit vsqz adhuc. **S**z et nos ipsi primicias habentes spiritus intra nos gemimus ad adoptionē filioz dei expectantes. scz redemptionē corpōis nostri quādo fiet corp⁹ nostrū immortale. **Q**uasi diceret. q̄ om̄is creatura mortalis expectat glorificationē hoīs in corp⁹ et aīa quod non prius fiet nisi post diem iudicij. **E**t quia hoc fiet maxime per penitentiam per quā appropinquat regnū celoz. **I**deo hō penitēs lenificat om̄es creaturas. **H**os igitur tam p̄pter nostri conditoris et superiorū angelozū necnon omnium creaturarū gaudiū et nostrum cōmodū ad penitentiam p̄peremus. quatin⁹ per eā grām acquirētes tandē gloriā consequamur. **A**d quaz nos perducere dignet̄ pater et filius et spirit⁹ sanctus Amen.

Dñica quarta post trinitatis. I

Sermo. XC

**E**rote misericordis  
des sic et p̄ vester misericors est. **L**uce. vi. **S**ic dicit Ambro. sup eplaz. j. ad Thimo. iij. cap. tractans illud. **P**ietas ad om̄ia valet. **O**mnis sūma christiane discipline in misericordia et pietate consistit. nec immerito. **N**am pro om̄i statu suo hō semp̄ indiget misericordia diuina. **E**t ideo sp̄ deberet exercere misericordiam. **S**unt aut̄ tres status hoīs scz in mundo. q̄ntuz ad progressum. **I**n extremo. quantum ad egressum. **I**n iudicio quantum ad successuz. **E**t in quolibet istorū statu indiget misericordia. p̄pter qd̄ quilibet nostrz multum

debet esse misericors. quia misericordiaz dei cōsequi nō p̄t nisi p̄ misericordiaz p̄ se meritū factā et primis exhibitā. **D**e misericordia in mūdo q̄ntū ad p̄gressum p̄t p̄ illud. **P**rover. iij. vbi dicit. **M**isericordia et veritas non rederant. et inuenies gratiā coram deo et hoīb⁹. **U**n̄ misericordes hoies licet in hac vita multas habeant temptationes tamē ab eis liberantur per misericordiaz. **I**uxta illud Ambro. vbi supra. **M**isericors et si lubricum carnis patitur. vapulabit quidem. non tamen finaliter peribit. **D**e misericordia quantum est necessaria in extremo dicit **T**hobias. iij. **F**iducia magna erit coraz summo deo. **E**t premittit. **Q**uomodo potes ita esto misericors. **U**nde Hieronim⁹ in epistola ad Nepocianum. **N**on memini me mala morte mortuū qui libenter operā misericordie exercuit. habent em̄ multos intercessores. et impossibile est multorum preces non exaudiri. **D**e misericordia quous est necessaria in iudicio dicit **J**acobus. **I**udiciū sine misericordia fiet ei qui denegat misericordiaz patienti. **E**ū igitur hō in iudicio get misericordiaz. merito debet esse misericors ut misericordiaz consequat. **A**d quam ipm̄ multa inducunt. **E**t p̄mo ad misericordiaz natura inducit. patet qz om̄ia mēbra se diligunt. nutriunt. seruiūt. adiuvant se. custodiunt se. protegunt se. **I**te om̄is creatura suo modo impedit misericordiaz. terra suffrenat. aqua potat ignis cōsumit et calet. **C**it. et sic de alijs. **S**ecūdo inducit scriptura **M**ath. vij. **O**m̄ia quecūqz vultis ut faciant hoies vobis. et sic de alijs. **I**ndica bo tibi homo. **M**ath. ix. **M**isericordia volo. **T**ertio exempla de **C**ornelio Centurione. **J**te exemplū xpi de adultera. **J**ohānis. xij. **I**tem **J**ob. **T**hobias. **M**artinus. **I**te etiam in gentilibus inuenitur. sicut in **A**ntiocho. qui audita morte **O**nie pontificis fleuit. **Q**uarto. **I**te **S**amaritanus misericordiaz motus **L**uce. x. **I**te a brutis. **N**am leo homini secenti corā eo parcit. **U**nde poeta. **P**arcere prostratis. et sic de alijs. **I**te **L**upa puerū eopositum a matre non deuorat. sed lactat. **I**tem **L**rocodilus postquā hominē occiderit sup eum plorat. **I**nueniunt equi post mortē dominoz non sumpsisse cibuz. **S**imiliter canes p̄ dñis bellauerūt. **I**te **R**ome canis fuit qui cū domino carceram